

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1807

Auteur(s) : Hugues Wac [particulier]

Bénéficiaire(s) : Longues-sur-Mer, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1168

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

Hugues Wac donne à l'abbaye Notre-Dame de Longues, qu'il a lui-même fondée, le lieu où est implantée l'abbaye et d'autres biens et revenus.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatiiis et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 323-325.
- b. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Baiocensis, n° XVIII, col. 83.
- c. Farcy Paul de, *Abbayes de l'évêché de Bayeux*, tome 1, Cerisy, Cordillon, Fontenay, Longues, Laval, Moreau, 1886-1888, Longues, p. 24-25.
- d. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 310, p. 392.

Texte établi d'après b

Universis sanctæ ecclesiæ filiis, Hugo Wac, salutem in Domino. Notum sit omnibus, tam præsentibus quam futuris, me dedisse et in perpetuam eleemosynam confirmasse ecclesiæ beatæ Mariæ de Longis, quam ego ipse in abbatiam fundavi, pro salute animarum patris et matris meæ, et prædecessorum meorum, et pro remissione peccatorum meorum, et pro animabus Bauduini filii Gilleberti, et Emmae filiæ ejus uxoris meæ, et pro salute liberorum meorum Bauduini et Gaufridi, et aliorum, et omnium amicorum meorum vivorum et mortuorum, locum ipsum in quo abbatia fundata est, et duas garbas decimæ totius parochiæ de Longis, quas prædecessores mei et ego habueramus in dominio. Præterea virgultum et mansuram quam ego de Hugone Rufo ante portam abbatiae, et culturam meam de Transversana, et culturam meam de Louva integre, et culturam de Faberillis, et landam de Longis, et molinum quem pater meus fecit, et vivarium cum molta totius villæ de Longis. Concedo etiam quod si pauperes Christi monachi in prædicta ecclesia Deo servientes voluerint facere molinum ad magnum vivarium, habeant illum integre et quiete, salva tamen mihi captura piscium. Ad hæc concedo eisdem decimam molini mei de S. Gabriele, et decimam denariorum de censis, et decimam molini de Rebercil, et partem prati ante molinum, et meam partem molini de Ronceta integre ad luminare ecclesiæ, et acram terræ. . . . ad emendum incensum, et apud Petitvillam triginta solidos de duabus garbis feodi mei, et terram quam pater meus habuit in insula de Ghernesei, et decem libras ad vestimenta monachorum singulis annis de camera mea, donec ego aut heres meus, in redditibus terrarum aut decimarum illas decem libras prædictis fratribus stabiliero. Hoc autem factum est anno ab Incarnatione Domini M. CLXVIII, consilio et consensu venerabilis patris nostri Henrici Bajocensis episcopi, in cuius manu omnia supradicta deposituimus et resignavimus, nihil in omnibus istis retinendo terreni juris, illius Domini solam expectans

remunerationem, qui solus est remunerator omnium bonorum, teste ipso Henrico episcopo, Hunfrido Bove, Thoma archidiacono, Gautero fratre episcopi, Rogerio de Arreio, Henrico succentore, Rogerio Wac, Raynulpho de Longis, Rogerio Brittone, Hamone pincerna, Simone capellano, et aliis multis.